26

Actum in Castro Premisliensi Feria Tertia post Festum Sanctissimae et Individuae Trinitatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio

10/6

Kulczycka Kulczyckiemu Donat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Nobilis Maruchna Nobilis olim Procopy Kulczycki Filia Nobilis Domini Pauli Kulczycki Melkowicz coniunx Consorte cum eiusdem Mariti sui uti tutoris Coniugalis assistentia et ultroneo ad infrarecognita consensu sana mente et corpore existens a Terrestribus Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsa bona sua propria et haereditaria infrascripta nempe totam et integram sortem suam quaecunque se Recognitricem post Nobilem olim Tytko Kulczycki Swiotarka avunculum suum iure divino et naturali successione in bonis villae Kulczyce Terrae praesentis Praemysliensis consistentibus concernunt et competunt cum omni praemissorum iure dominio proprietate tituloque haereditario bonorumque praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis Nihil ex praemissis iuris dominij proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognitrice suisque successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum prout praefata bona ipsamet Recognitrix tenuit habuit et possidebat ipsaque bene concernebant ac eidem serviebant iam ex nunc et de facto Nobili Srenko

Kulczycki Smotarka Rudka eiusq posteris dedit donavit inscripsit et resignavit prout
praesenti dat donat ac titulo purae merae et irrevocabilis donationis inscribit et resignat
Easdemq bona praesenti donata iam ex nunc et de facto eadem Recognoscens Kls Kulczycka supra
scripto Kli Kulczycki eiusq posteris coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Kles duos die qua
cunq voluerit officiose acceptandam per ipsum Donatarium suum et eiusq posteris bona praefata praesenti
donata cum omnibus utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi illisq quiete et
pacifice utifruendi eademq ad usus suos et suorum Successorum quosuis beneplacitos libere
et effectualiter convertendi perpetuis et aeviternis temporibus Debetq et tenebitur praedata
Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq quibusuis
pecuniis habitis et habendis praefato Donatario suo inscribit et obligat praesenti ipsum et eius Suc.
cessores in dictis bonis praesenti donatis et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione
iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus existentium per omnes
praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptione
in omni Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere inter.
cedere et eliberare videmenq eum posteris reddere Nec non bona praefata praesenti donata
ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona factis et
faciendis Tum etiam a quibusuis Litibus super eadem bona importatis et importandis Iuris
demq et pertinentiis processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus
in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super praefatis bonis perductis et per.
ducendis eruendum et eliberare nudamq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatis coram
officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesenti donatorum dum per Ministerialem et Kles
officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere et effectua.
liter dare et admittere Datamq et admissam eadem possessionem et usum fructum praeipsorum
quovis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non prae
pedire nec adimere ipsiq Donatario suo et eius posteros in praemissis non iniuriari Stadet

eadem

eadem bona praefata donata idem Donatarius suus cum posteris quiete et pacifice praefatae Inscriptionis Donationis rigore tenere habere et possidere queat perpetuo et in aevum irrevocabiliterque ipso Iure sub damnis Terrestribus Simplicibus atque Corporali iuramento taxandis per eadem Recognitionem aut eius successores praefato Donatario suo eiusque posteris ob non Complementum praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quibus quidem damnis terrestribus simplicibus taxandis ac re aliqua praemissorum ex praemissis non Completis complendis litteris evasis evicta Recognitionis aut eius successores Ad instantiam praefati Donatarii sui sive eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu praemisso quoad respondendum spectat mediante semper in primo Litterarum termino tamquam peremptorio stare Iuri parere respondere poenam praefatam luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios deinde consequentes consimiliter terminos semper peremptorios Vera infirmitate, pro maiori, minoreve aetate successorum, legatione citra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos officii praefati Castrensis Premisliensis terminos delationem sibi non recipiendo nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicibus evasionem suspensionem fatalibus iuris praescriptione terrarum bello Commotioneque aliisque omnibus Iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo Inscriptione praesenti desuper mediante.

Kulczycki Consorti reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Paulus Kulczycki Melkowicz sanus mente et corpore existens a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus in [illegible] ad Castrensem Capitanealem Premisliensem Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobilis Marchevius Nobilis olim Procopii Kulczycki filius Consorti suae legitimae eiusque posteris Summam Quinquaginta florenorum polonicalium ratione verarum Dotis et expeditionis post ipsam acceptis